

Clarissimo & Præstantissimo
Dn. GOTHOFREDO FIBIGIO
Resp.

IN quos heredes fieri *transmissio* possit,
Doctâ describis dum *Gothofrede* manu,
Subtiles animi nervos hęc prodis apertè, &
Intima quàm promptè solvere jura queas.
Comprecor ex animò successus undique
faustos,
DOCTURAE summū jure merere gradum
gratulab.
deprop.

Valentinus Riemer D.

FIBIGI *mensæ gratissima portio nostræ*
Delitium Themidos, Lux Patriæq; nova:
Respondens. Præses, gemini problemata Juris
Sæpius emittis nomine digna tuo.
Inter quæ primas tua fert TRANSMISSIO, quam nunc
Pro DOCTORALI prodis HONORE tuo.
Hinc Salana tibi meritos promittit honores,
Doctōris gradum, nomina, jura, decus.
Quod sit sudoris doctrina pedissequa: Veræ
Doctrinæq; comes, quod sit amatus honor:
Quod sit honoris onus: cunctorum quod sit eorum
Invidia in hoc mundi cardine, restis eris.
Gratulor ex animi penetrabilibus! atq; JEHOVAM
Ut gradus eveniat splendidus, ore precor.
Amoris & favoris
ergo l. mq; app.

M. Adrianus Beier Eccles. Jenens.
Diac. & Facult. Philos. Ad-
junct. p. t. Decanus.